

10  
3890

# BIBLIA

SACRA





**BIBLIA**  
**SACRA**  
Vulgatae Editionis  
SIXTI V. PONT. MAX.  
IVS SV  
recognita atque edita.



CVTETIA PARISIORVM



ACCIPERE ET EDVORA



RXF NI SC



CVM PRIVILEGIO REGIS M. DC. XVII.





ILLVSTRISMO AC  
REVERENDISSIMO IN CHRISTO  
PATRI D. D. HENRICO DE GONDY  
EPISCOPO PARISIENSI.

R. FOVET, N. BVON, S. CRAMOISY. BIBLIOPOLÆ, S.



**E**X QUO nos aliquam Typographia cepimus habere notitiam (Antistes Illustrissime) ipsius artis beneficio non minus religioni quam cōmuni omnium bono studentes, Ecclesia Christiana utilitatē & propagationem promovere conati sumus; et patet quam plurimis Operibus nostro labore, nostrisque sumptibus in lucem hactenus editis. Verūm si unquam laudis aut gloria stimulo accensi, aliquid Opus commendatione dignum pralo committere nos cepit desiderium: in primis occurrebant sacra Biblia; eō dirigebantur omnes nostra cura; in id denique totum studium nostrum incumberebat, ut susciperetur aliquando tam sacrum Opus excudendum: quare à nobis paucis ab hinc diebus susceptum, qua diligentia & elegancia fieri potuit, tandem ad exitum perductum est. Quemobrem (Antistes reuerendissime) tantum Opus vigilantissimi pastoris Ecclesia patrocinio indigere rati, illud tua tutela & fidei cōmittendum duplici iure existimauimus: primum, quod ipsam alicuius Principis Ecclesie auctoritate fulcum in lucem prodire volebamus: deinde cum in sorte viuendi nobis contigerit, ut te ipsa nascendi conditio Pastorem haberemus, merito hoc sacrum Opus, nostri officij non immemores, tibi, quo possumus obsequio & veneratione, offerimus & consecramus. Hoc si benigno & hilari vultu susceperis, ceptisque nostris annueris, nouos nobis addes stimulos, ut quo studio illud excudendum aggressi sumus, eo maiori semper pergamus desiderio in editione aliorum sacrorum Voluminum ad qua in dies nos preparamus.

LIBER  
**GENESIS,**  
 HEBRAICE BERESITH.

CAPVT PRIMVM.

**I**N PRINCIPIO creauit Deus caelum & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebrae erant super faciem abyssi: & Spiritus Dei ferebatur super aquas.

**D**ixitque Deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem quod esset bona: & diuisit lucem a tenebris. Appellauitque lucem Diem, & tenebras Noctem: factumque est vespere & mane, dies vnus. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuisitque aquas, quae erant sub firmamento, ab his, quae erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitque Deus firmamentum, Caelum: & factum est vespere & mane, dies secundus. Dixit vero Deus: Congregentur aquae, quae sub caelo sunt, in locum vnum: & appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit Deus aridam, Terram, congregationesque aquarum appellauit Maria. Et vidit Deus quod esset bonum. Et ait: Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque semen secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere & mane, dies tertius. Dixit autem Deus: Fiant luminaria in firmamento caeli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa & tempora, & dies & annos: vt luceant in firmamento caeli, & illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus

duo luminaria magna: luminare maius, vt praeset diei: & luminare minus, vt praeset nocti: & stellas. Et posuit eas in firmamento caeli, vt luceant super terram, & praesent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset bonum. Et factum est vespere & mane, dies quartus. Dixit etiam Deus: Producant aquae reptile animae viuentis, & volatile super terram sub firmamento caeli. Creauitque Deus Cete grandia, & omnem animam viuentem atque motabilem, quam producerant aquae in species suas, & omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum: Benedixitque eis, dicens: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris: auesque multiplicentur super terram. Et factum est vespere & mane, dies quintus. Dixit quoque Deus: Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terrae secundum species suas. Factumque est ita. Et fecit Deus bestias terrae iuxta species suas, & iumenta, & omne reptile terrae in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum, & ait: Faciamus Hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: & praeset piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestiis, vniuersaeque terrae, omnique reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creauit illum, masculum & feminam creauit eos. Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subiecite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus caeli, & vniuersis animantibus, quae mouentur super terram. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quae habent in semetipsis mentem generis sui, vt sint vobis in escam:

Gen. 1.1-2.4  
 17. f. 2.4  
 17. f. 2.2  
 4.6. 235.  
 4.5.  
 Eccl. 1.  
 18. 4.1.

Heb. 11  
 4.5.

Psal. 135. 4. f.  
 1. 1. 1. 1.  
 10. b. 12  
 12. b. 15.  
 13. f. 148.  
 4. 4.  
 Psal. 92.  
 b. 7. 53.  
 b. 12.  
 135. 4. 6.  
 140. 58.  
 4. 4.

Psal. 135. 4. 7.

Col. 3.  
 b. 10.  
 1. f. 1.  
 4. 1. 2.  
 4. 6.  
 1. Cor. 11.  
 b. 7.  
 1. Sep. 2.  
 c. 22.  
 Mat. 13. 4. 4  
 Eccl. 17.  
 4. 1.  
 1. f. 2. 4.  
 17. 2. 4.  
 1.  
 1. f. 2. 4.  
 2. 4. 3.

LVTETIÆ PARISIORVM.

Sumptibus } ROBERTI FOÛET.  
NICOLAI BVON } Via Jacobæa  
SEBASTIANI CRAMOISY.

M.DC. XVIII.